



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis**

In Quatuor Partes Distributæ

In qua de Incarnatione Verbi & Mysteriis vitæ Christi, nec non de  
Sacramentis in genere & singulis in specie succinctè & dilucidè tractatur

**Herincx, Wilhelm**

**Antverpiae, 1675**

Qu. VI. An Indulgentiæ dentur per modum suffragi, an vero Absolutionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72963](#)

## QUÆSTIO VI.

An Indulgencie dentur per modum  
Suffragii, an vero Absolu-  
tionis?

53.  
*Indulgencie  
conceduntur  
defunctis  
per modum  
suffragii.*

**D**I CO I. Indulgencie conceduntur defunctis tantum per modum suffragii, sive solutionis pro poena, quatenus Pontifex iis suffragatur, offerens Deo ex thesauro Ecclesiae pro eorum debita pena æquivalens. Ita communiter Doctores contra paucos. Probatur I. ex formulis quibus Pontifices communiter utuntur, in quibus dicunt se concedere defunctis indulgentias per modum suffragii. Et confirmatur ex Leone X. in Epist. ad Cajetanum (quam ipse refert 3. P. q. 48. art. 5.) dicente, Romanum Ponitiscem thesaurum meritorum Jesu Christi & Sanctorum dispensare, & per modum absolutionis indulgentiam ipsam conserre, vel per modum suffragii illam transferre consueisse; utique per modum absolutionis respectu vivorum, per modum suffragii respectu defunctorum.

Probatur II. quia absolutio est actus iurisdictionis, adeoque tantum potest in subditum exerceri: defuncti autem non sunt subditi Papæ, aut aliis Ecclesiae Prælatis, qui tantum præsunt Ecclesiae militanti, sive ovili Christi in terris constituto. Unde dum in certis casibus à Canonibus denotatis ligasse legitur Ecclesia mortuos & soluisse, ut dicitur cap. *A nobis* 28. de *Sententia excommunicationis* (ubi etiam Pontifex præmiscerat, ut cuidam, præviis poenitentiæ signis in excommunicatione defuncto, absolutionis beneficium impendatur) intelligi debet de absolutione & ligatione indirectâ, quatenus videlicet permissitur vel prohibetur vivis communicatio cum mortuis in oblatione sacrificii, suffragii &c.

Et quamquam indulgentiae requirant in consequence jurisdictionem in thesaurum videlicet qui distribuitur; non tamen necessariò ex jure divino requiritur jurisdictione in personas, quibus distribuitur: nam etiam bona communia possunt distribui non subditis ab habente in illa potestatem.

54.  
*Quod quâ  
rati no fiat,  
que juxta Lugo d. 27. set. 5. per hoc quod  
amplius de-  
claratur.*

Conseruntur porro defunctis indulgentiae per modum suffragii satisfactorii, id que juxta Lugo d. 27. set. 5. per hoc quod Pontifex operibus vivorum tantum applicet de satisfactionibus Christi & Sanctorum, quantum requiritur, ut sint condigna satisfactione pro poena, quæ defunctis est remittenda. Sed sine ratione recedit à tritis Scholasticorum explicationibus, & quidem claris ac obviis: etiam gratis concessâ posibilitate elevandi opera ad condignam satisfactionem per Pontificem: penes quem non esse hanc potestatem, arguit *Arriaga*

d. 28. set. 3. Et sanè difficilis est explicari, si præter verba aliud importet modus iste loquendi, quam quod reliqui concedunt. Proinde receptus sat's videtur modus explicandi (pro quo referri solet D. Thomas dist. 45. q. 2. art. 3. quæstioncula 2. & antiqui Theologi) quod scilicet Indulgence concedatur defunctis secundari ac velut mediate, quatenus Pontifex donat vivis de thesauro Ecclesiæ satisfactiones sub conditione certorum operum, cum potestate, aut etiam sibi conditione eas applicandi defunctis instar propriarum satisfactionum seu suffragiorum. Estque ista explicatio sat's facilis, & consona formulis loquendi Pontificum. Sic enim *Sixtus V.* in Bulla de Archiconfaternitate Chordigerorum, quæ incipit *Divina Charitatis altitudo*, concedit Chordigeris, ut *Indulgencias & peccatorum remissiones* ibidem præstatas per modum suffragii pro fidelibus, quia gratia Dei decesserim, consequi & imparti valent. Et ita quidem potest omnino Pontifex procedere, securiusque procedit in largitione similium Indulgenciarum. Non video tamen efficax fundamentum, cur præterea scilicet fideles, sic non valeat Pontifex ipse ex thesauro Ecclesiæ applicare immediate indulgentias defunctis per modum suffragii, sic ut opera fidelium vivorum sint quedam conditions requisitæ, aut etiam justitiam causæ (qua requiritur) supplentes, sine quibus alioquin Pontifex non intendat eas concedere; ut neque vivi eas obtinent pro se ipsis, nisi opera præscripta exequantur. Unde Indulgencias posse concedi etiam immediate defunctis docet *Suarez* d. 53. set. 3. & *Coninck* d. 12. n. 44., addens communiter ipsum Pontificem de facto applicare Indulgencias iis defunctis, pro quibus illas vivi intendunt lucrari, ita per se dispensando Ecclesiæ thesaurum. Neque hunc concedendi modum negat D. Thomas supra; ut consideranti textum apparebit.

**D**I CO II. Indulgence etiam conceditur vivis per modum solutionis; cum Deus non nullum peccatum impunitum relinquat, non poena propriâ, aut saltem satisfactione seu poena alienâ; immo concedi illis possit per modum puræ solutionis, quandoquidem de facto sic concedatur defunctis, nec sit specialis repugnantia quoad vivos, quantum est ex jure divino aut naturali; in re Etè *Prepositus* q. 14. dub. 3. n. 24. *Bellarmino* L. de *Indulgencie* c. 5. & alii. *Nihilominus* de facte conseritur simul vivis per modum absolutionis. Ita communis Doctores contra *Durandum*, & alios. Et colligitur satis clare ex verbis *Leonis X. præc. Capit. relatis*. Deinde c. *Quod autem, de Peccatis & remissione*. idem satis aperte supponit *Alexander III.* dicens, indulgentias tantum praedesce subditis concedentium, eò quod a suo non judice ligari nullus valeat vel absolviri. Atque ibidem & c. *Nostro ed. tit. Indul-*

dulgentiae vocantur *Remissiones*, quod sōt  
nat authenticam cōdonationem sive absolu-  
tionem, & non puram solutionem. Idem  
sonant formulæ, quibus Pontifices confe-  
runt indulgentias; v. g. *Concedimus veniam  
purgatorum*; ut loquitur *Bonifacius VIII.*, *Extr.  
Antiquorum*, de *Penit.* & *remiss.* *Immo Marti-*  
*nus V.* in fine *Concilii Constantiniens* expresse  
uit nomine *Absolutionis*.

Probatur II. quia dependenter à Christi  
satisfactione datur absolutio sacramentalis  
à peccatis, & consequenter à reatu poenitentia-  
riæ: similiter poenæ corporales ac spi-  
rituales per absolutionem remittuntur, ergo  
eodem modo potest ab Ecclesia tam  
quam à judge concedi absolutio à poenis  
purgatorii per indulgentiam, in qua Christi  
ac Sanctorum satisfactione applicatur. Ne-  
que absolutio est incompatibilis cum solu-  
tione: nam Pontifex pro poena solvit, qua-  
tenus ex thesauro Ecclesiæ et fert suffici-  
entem satisfactionem; quam nomine Dei,  
cujus vice gerit, acceptans, ab eadem poenitentia  
liberat seu absolvit.

Dices: Ergo Papa non poterit sibi ipso  
dare indulgentias. Resp. Neg. Seq. tam  
quia potest sibi illas dare saltem per modum  
pure solutionis: tunc quia potest in hoc  
negotio le alteri subjecere, & per illum in-  
dulgentias sibi dare, etiam per modum ab-  
solutionis: tunc denique, quia etiæ jurisdictione  
cum potestate ligandi non sit ad se ipsum;  
cur tamen nequeat in ipso esse potestas fe-  
 ipsum liberandi nomine alieno, nempe Dei?

## QUÆSTIO VII.

### Quisnam posse concedere Indulgen- tias?

DICO I. Summus Pontifex ex jure di-  
vino primariò & cum plena potesta-  
te potest concedere indulgentias, ut patet  
ex traxi Ecclesiæ. Ratio est: quia potestas  
dispensandi bona communia est primariò  
penes Principem: cūmque hæc potestas ei-  
non communicetur ab hominibus, patet ef-  
fe concessam à Christo, ut etiam tradit Cle-  
mens VI. Extrav. *Vnigenitus* ratat q. 5. Deinde  
Trid. *ff.* 25. in *Decreto de Indulg.* docet hanc  
potestatem esse diuinam traditam Ecclesiæ;  
utique primò & principaliter exercendam  
per Caput ejusdem.

DICO II. Potestas concedendi indul-  
gentias, sed restricta, residet penes Archi-  
episcopos pro tota sua provincia, etiam si  
actu non visitent; ut facta colligitur ex  
praxi ac indefinita locutione *Honorii III. cap.  
Nostro, de Penit.* & remiss. & penes Episco-  
pos pro suis diecessibus; ut patet c. *Cum eo,*  
*ed. it.* Ubi etiam refertur ordinatio *Conci-*  
*li Lateranensis cap. 6. 2.* decernentis, ut Epis-  
copi tantum possint concedere indulgen-  
tias unius anni in Dedicatione Basilice, si Sed restricta  
ve ab uno solo, sive à pluribus Episcopis de- valid.

dicitur, & in anniversario Dedicationis  
tantum quadraginta dierum. Ibidem decer-  
nitur, ut numerus iste quadraginta dierum  
in aliis casibus non excedatur: quod non  
tantum de illico, sed etiam de invalido in-  
telligi, declarat *Bonifacius VIII. c. Indulgentia,*  
*de Penit.* etenq. in 6. Et quāvis aliqui  
apud *Valentia disp. 7. q. 20. pu. 3. 5. Innocentius*  
*tamen*, existimant prædictam limitationem  
de publica tantum concessione esse intelli-  
gandam, adeoque Episcopos posse majores  
privativam concedere in foro penitentiali:  
nou sunt tamen audiendi, eò quod *Concilium*  
*Lateranense*, & *Bonifacius VIII.* generaliter si-  
ne ulla distinctione loquuntur.

Cum autem Episcopi habeant hanc po-  
tentiam annexam suo officio, adeoque ve-  
luti jure ordinario, possunt consequenter  
eamdem alteri delegare. An autem illam  
habeant jure d[omi]ni dubitatur. Sed verius  
est, quod no[n] ut rectè ostendit *Suarez disp. 55. sec. 2.* uti nec jure divino habent po-  
tentiam legislativam ac jurisdictionem in fo-  
ro extero: de qua tamen eadem, si non  
potior, effet ratio.

DICO III. Alii inferiores Prælati jure  
ordinario non possunt concedere indulgen-  
tias; cūm eis nullibi in jure id concedatur. *Inferioribus*  
*Prælati jure*  
Immo c. *Accedentibus, de Excessibus Prælatorum re Ordina-*  
*Abbatibus* hoc expressè inhibetur. Unde  
nec Capitulum Sede vacante, nec Genera-  
les aut Provinciales Religionum habent Generali-  
hanc potentiam, etiæ in ceteris pölleant bus, *Abbatibus*,  
jurisdictione Episcopali; eo quod concessio bus, *Capitulum*  
Indulgentiarum sit dignitati Episcopali spe-  
cialiter annexa, etiæ alioquin sit quōque  
aut jurisdictionis.

DICO IV. Possunt tamen Prælati con-  
cedere Indulgentias ex delegatione, uti & Poteſt tamē  
alii, quibus id fuerit commissum; etiæ non his, aut  
sint sacerdotes: cūm concessio indulgen-  
tiarum non sit actus Ordinis, sed jurisdictione  
non Sacerdotibus de-  
Etiam ex delegatione seu commissione Pa-  
tione, nihil habens speciale, ob quod ne-  
queat delegari. Unde etiam Pontifices éo  
ipso; quod sunt electi, Indulgentias con-  
cedunt, & Episcopus confirmatus etiam non dum or-  
ante consecrationem concedere posset: sic dinati eas  
etiam ex delegatione seu commissione Pa-  
tiae Indulgentias concedere solent Cardi-  
nales non presbyteri, ut refert *Lugo disp.*

27. *de Penit. sec. 1. num. 2.* Sic etiam *Leo X.*  
Provincialibus nostris & *Gregorius XII.* Nonnulla  
Visitatoribus Societatis Jesu dedit facul-  
tatem concedendi Religiosis plenariam  
Indulgentiam, peracta visitatione Conven-  
tus. Idemque est de Monialibus S. Clare, &  
Tertiariis in Congregatione viventibus.  
Et *Alexander IV.* conciliet, ut Fratres Mi-  
nores, in quibuscumque Ecclesiis vel locis  
prædicaverint, possint suis auditoribus  
dare indulgentias quadraginta dierum: im-  
mo multo majores ex concessione variorum